

Aduertencias para

missis; non obstantibus ad omnes etiam Sa-
cros, & presbyteratus Ordines promoueri, &
in illis postmodum etiam in Altaris mini-
sterio ministrare, ac ad quæcunq; dictorum
Ordinum officia, & in dignitates eligi, &
assumi libere, & licite valeant dispensare:
Hoc breue Originale habetur, & asseruatur
in Conuentu Sancti Francisci de Mexico.

¶ Circa hoc indultum dicit Pater Ma-
gister à Veracruce. Hęc est notanda conces-
sio, etiam si Prelati aliàs per illam Omnimo-
dam potestatem datam ab Adriano. 6. pos-
sint cum sibi subditis, & cum alijs, si expe-
diat, dispensare.

¶ Idem in eadem Bulla concessit Capi-
tulis & Cōgregationibus prædictorū trium
Ordinum Nouæ Hispaniæ, vt in quolibet Ca-
pitulo ex dictis Ordinibus possint eligere,
& nominare ex dictis Ordinibus tres, vel
quatuor dictorum Ordinum professores ido-
neos in Confessores penitentiarios, qui om-
nes & singulos vtriusq; sexus ad eos acce-
dentes ab omnibus peccatis, a quibus loco-
rum Ordinarij absoluerè possunt & super
casibus eisdem Ordinarijs reseruatis dispen-
sare: ac vota quę ipsi Ordinarij possunt com-
muta-